

Repetitio secunda

Ad splendidissimum cisterciensis militie prefectum atq; equestris ordi-
nis magistrū dalcantara do. Johānem de stuniga: necnon ad salmantice academie. P. L. et scho-
lasticam iuuetutē. Aelij antonij nebrissensis grāmatici Repetitio secūda quā fecit anno xpiane
salutis. Adillesimo. cccclxxxv. de corruptis hispanorū ignorātia quarūdā litterarū vocibus.

Non desunt illustrissime dñe Patres obseruandī atq; spectassi-
ma iuuetus: que me pusillanimitate vel ignauie potius accusent q̄ cū superesset mihi
adhuc etas: qua possem in genij mei vires in ijs artib; exercere: que imperite mul-
titudinis arbitrio eminentissimū gradū inter ceteras obtinere videtur: malui non
solum demittere me ad artes infimas et pueriles disciplinas: verū etiam intra sola
grāmatices et poetrie studia cōsistere. Ad si hec ab illis parua esse putatur qd nūc dicturi sunt
cū audierint me modo ijs de rebus q̄ sunt et illorū iudicio infime: sed etiā de primis litterarū ele-
mentis eo tēpore atq; loco disputasse: quo preclarū aliqd a me expectabat. Quos poterā ego fa-
cile placatos dimittere: si dicerē hāc esse pfessionis mee subiectā materiā: vnde oēs vite mee ra-
tiones fruct; honor; etq; pueniūt: malo tñ oēm illoz impetū et rabiē in me cōcitare. An ego istos
litteratos appellē: q̄ vix intelligūt qd a cōsonantibus vocales distēt q̄ penitus ignorāt litterarū vo-
ces: q̄ trib; lineis scribēdis in orthographia q̄nquages peccāt: q̄ cū latina legūt Hispanie pñū-
ciāt. Ego illos nō litteratos s; litteratores nō grāmaticos sed pseudo-graphos: nō latinos sed
latini sermonis eueriores et qdē verissime appellauerim. S; aliud tēpus erit magis opportunū:
quo illoz ineptias et deliramenta magis pferam; in lucē nūc ad illa veniam; q̄ academie nostre
instituto veteri atq; antiqua lege hodierno die coact; sum in lucē afferre. Locus igit; quē repe-
re institui hoc anno q̄ est magisterij mei secūdus: a salute vō xpiana millesim; quadringētesim;
octogēsimus sextus scribit a. M. fabio Quintilianō oratoriarū institutionū lib: o primo: hęc
vba. An cuiusq; auris est erigere lrarū sonos. nō hercle magis q̄ neruoz. Eū em̄ cepisset auctor
admonere pceptores artis grāmatice q̄ pacto pueros lrarū rudes in primis doctrine in cunabus
lis instituere deberēt: dixissetq; nō satis esse cōsonātes a vocalibus distinguere: ipsaq; eas in ses-
miuocaliū numerū mutariq; partiri et q̄ interiora huius sacri adentibus appareret ea rerū sub-
tilitas que nō modo acuere ingenia puerilia: sed etiā exercere altissimā q̄ eruditionē ac scientiā
posset subiūxit pauca illa vba q̄ hodie interpretāda suscepim;. An cuiusq; auris est erigere litte-
rarū sonos: nō hercle magis q̄ neruoz. Ac si apertius dicat quēadmodū quisq; nō potest sensu
dijudicare neruozū subtilem harmoniā: neq; ratione perpēdere illa septem discrimina vocū nisi
qui sit in arte musica eruditissimus: ita nō quicūq; sed is tñ q̄ ratione litterariāz caller poterit
exacte litterarū sonos pferre prolatoq; percipere. Atq; omīssa ceterarū linguarū disquisitione
inuestigandū primo nobis est desint ne sermoni latino aliq̄ue figure litterarū preter duas et vi-
ginti illas q̄ sunt in vsu apud latinos: et an rursus aliq̄ue ex illo numero redūdēt. An preterea
litterarū sit ille sonus q̄ ab hispanie nostre hoibus proferri cōsuevit. Principio desunt sermoni
latino vocales due altera q̄ inter. e. et. i. altera que inter. i. et. u. auditur. idq; probari pōt cū alioz
testimonio tū maxime Quintilianī harū rerū auctoris grauiissimi ac perinde acerrimi. His em̄
paulopost illa verba que explicāda suscipimus ait. Adedius est quidā. i. et. u. littere sonus: neq;
em̄ sic optimū dicimus vt optimū: et heri neq;. e. plane neq;. i. auditur. Vult sibi Quintilianus
q̄ in hac particula optimus neq; sonat. i. neq;. u. sed quedā inter has litteras vocalis media: q̄ cū
non haberet nomē neq; figurā. alij ex auctoribus clarissimis optimus et maximus per. i. alij op-
timum et maxum per. u. scripserunt. E. et. ar. em̄ primus oīm dicitur optimus et maximus scri-
psisse: cū superiores optimus et maxum; scriptitarint. Idq; ex eo accidit q̄ nō erat in vsu littere
figura qua media vox illa scriberetur. Nā quēadmodum Aristoteles ait. Quādo mediū inno-
minatū est: certāt extrema de media regiōe. In hoc preterea tēporis aduerbio heri: neq;. e. neq;
i. sentitur in fine. Ex quo effectū est vt hanc particulā vsq; ad Augusti cesaris tēpora per. i. scri-
pserint. vt Terētius in andria. Heri aliquot adolescentuli in pyreo coimus vt de symbolis esse
mus. Et Cicero in epistolis. Heri vespere apud me hirtius fuit. qua mente esset Antonius de-
monstrauit. Deinceps per. e. vt Horatius in secundo libro sermonū. Quāuis dicitur here illic de
medio potare die. et Iuuenalis in tertia satyra. Res hodie minor est here quā fuit: atq; eadem
cras deteret exiguis aliquid. Martialis q̄ epigrāmaton libro primo. His tibi triceni fuimus
mancine vocati et positū est nobis nil here preter apum. et libro quarto. Cur here quod dede-
ras hodie puter hyle negasti. Tam subito durus q̄ modo mitis eras. Nostro seculo rursus heri
per. i. cū antiquitate scribimus. Diomedes q̄ diligentissimus grāmatice arti pceptor idē cū fa-
bio sentire videtur his verbis. i. et. u. medie dicuntur: quia in quibusdā dictionibus expressum so-